

dem faciat eis, quibus uolet persua-
dere, & quemadmodum motum eo-
rum animis afferat. C. F. Quibus re-
bus fides fit? C. P. Argumentis, quæ
ducuntur ex locis, aut in re ipsa infi-
tis, aut assumtis. C. F. Quos uocas
locos? C. P. Eos, in quibus latent ar-
gumenta. C. F. Quid est argumen-
tum? C. P. Probabile inuentum ad fa-
ciendam fidem. C. F. Quomodo igi-
tur duo genera ista diuidis? Cic. P.
Quæ sine arte putantur, ea remota
appello, ut testimonia. C. F. Quid in-
fita? C. P. Quæ inhærent in ipsa re.
C. F. Et testimoniorum, quæ sunt ge-
nera? C. P. Diuinum & humanum.
Diuinum, ut oracula, ut auspicia, ut
uaticinationes, & responsa sacerdo-
tum, aruspicum, coniectorum. Hu-
manum, quod spectatur ex autori-
tate, & ex uoluntate, & ex oratione,
aut libera, aut expressa, in quo insunt
scripta, pacta, promissa, iurata, quæ-
sita. C. F. Quæ sunt, quæ dicis infita?
C. P. Quæ infixæ sunt rebus ipsis,
tum